

SESSION 2017

ÉPREUVE À OPTION

VERSION LATINE ET COURT THÈME

L'usage de la calculatrice n'est pas autorisé

DURÉE : 5 heures

Tournez la page S.V.P.

I. VERSION LATINE

Comment interpréter la foudre lancée par Jupiter ?

In his¹ prima specie, si intueri uelis, errat antiquitas. Quid enim tam imperitum est quam credere fulmina e nubibus Iouem mittere, columnas, arbores, nonnumquam statuas suas petere, uti, impunitis sacrilegis, percussoribus, incendiariis, pecudes innoxias feriat, et adsumi in consilium a Ioue deos, quasi in ipso parum consilii sit ? Illa laeta esse et placata fulmina quae solus excutiat, perniciose quibus mittendis maior turba numinum intersit ? Si a me quaeris² quid sentiam, non existimo tam hebetes fuisse ut crederent Iouem iniquae uoluntatis aut certae minus peritiae. Vtrum enim tunc cum emisit ignes quibus innoxia capita percuteret, scelerata transiret, noluit iustius mittere an non successit ? Quid ergo secuti sunt, cum haec dicerent ? Ad coercendos imperitorum animos sapientissimi uiri iudicauerunt ineuitabilem metum, ut aliquid supra nos timeremus. Vtile erat in tanta audacia scelerum esse aduersus quod nemo sibi satis potens uideretur ; ad conterrendos itaque eos quibus innocentia nisi metu non placet posuerunt supra caput uindicem, et quidem armatum.

Sénèque, *Questions naturelles*

- 1) *In his* : sur ces sujets.
- 2) Dans les *Questions naturelles*, Sénèque s'adresse à Lucilius.

II. THÈME LATIN

Je sais que votre occupation est importante et sérieuse. Vous voulez savoir ce que vous êtes et ce que vous serez un jour, quand vous cesserez d'être ici. Mais, dites-moi, je vous prie, vous peut-il tomber dans l'esprit que ces philosophes, dont vous lisez les écrits avec tant de soin, aient trouvé ce que vous cherchez ? Ils l'ont cherché comme vous, Monsieur, et ils l'ont cherché vainement.

Saint-Évremond, *L'homme qui veut connaître toutes choses ne se connaît pas lui-même*